

exceptiones, hæc potest opponi, Patianus ubi proxime, num. 73. post Bald. in l. in rebus, num. 26. C. de iure dotium, lall. in l. qui se debere, ff. de condit. causa data, Felin. in Robr. de except. num. 7. Graffis dict. exception. 26. n. 6.

Nec non hæc exceptio defectus intentionis, & facti, est vna ꝑ ex illis, quas Index etiam parte non opponente tenetur supplere, Glossa in cap. 1. in verbo Defensionis, de liti contestat. in 6. Speculator. in tit. de exceptionibus, §. 1. n. 4. Iaffon. in dict. l. qui se debere, num. 6. ff. de condit. caus. data, Bald. in l. si constat, num. 3. C. de compensationibus, Fulvius Patian. in præf. probatio negat. 1. part. cap. 68. num. 80. Petrus Surdus conf. 186 num. 26. lib. 2. Alexand. conf. 83. num. 10. lib. 5. Curnia. super Ritib. magnæ Curie, cap. 42. num. 39. Graffis dict. except. 26. num. 7. ubi post alios, quod habens hanc exceptionem non tenetur ex parte sua aliquid probare.

Et quæ sit hæc exceptio intentionis, & facti, & ad eius ꝑ intelligentiam, vide vltra. decisiones Rotæ superius adductas, Afflict. super Conf. Regni, lib. 2. Rubric. de non retard. liti contestat. num. 3. Petrus Surdus, dict. conf. 86. num. 26. Millanenf. decif. 2. num. 115. & decif. 9. num. 83. & decifion. 15. num. 19. lib. 2. qui alios allegant.

Senatus igitur in hac retentione litterarum Apostolicarum tantum inquit, & sequitur intentionem Pontificis, quæ omnino deficit in litteris ab eo impetratis ex suggestione, in quibus concurrit aliqua ex legitimis causis, de quibus in hoc capite, & in quatuor, seu, quinque sequentibus, cum in eis adit damnum publicæ utilitatis, de quo Summus ipse Pontifex informatus non fuit, nec sibi facta relatio, vel saltem integra, & cum deficit omnino eius voluntas, & intentio, iustum est, vt cum tanto damno, & perniciæ publicæ utilitatis non exequantur, cum vt nullæ, ipso iure executionem non remonstrant ex superius deductis, ac propterea dum instruitur, & de veritate, ac inconuenientis informatur Sanctissimus, detinentur in Senatu dictæ litteræ, ne insuper temerè cum scandalo, & de facto eas exequatur Index.

Quod si tam iustus prætextus attentè fuisset ꝑ à ministris Curie Romanæ recognitus, non est credendum, tam ægrè laturos hunc salubrem recursum; putant enim in Senatu hoc Regio tractari de viribus litterarum ad effectum determinandi in negotio principali, (absit) cum solum deducatur, & tractetur in Senatu de causa scandalosa Reipublicæ, & tractetur in Senatu de causa scandalosa Reipublicæ, & de violentia, vt interim deentis litteris per supplicationem instruat, & informetur Sanctissimus, quod & ipse permittit in similibus causis iuxta iura in hoc capite citata, & in sequentibus citanda, quod eius ministri litteras huiusmodi expedièntes ægrè ferunt (iuxta l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. in illis verbis: Porque qualquiera cosa que se proueyere por su Sanidad, y sus ministros, en derogacion de las cosas susodichas.)

Sed hic est defectus humanæ naturæ nostræ, tollentis ꝑ audire id, quod contra semel apprehensum, & resolutum est, tendit, vt dicit Sanctus Sixtus III. in epistola de malis Doctoribus. Habet enim hoc conditio humane nature, vt aliud nolit audire, quam animo decreuerit exercere.

Difficilis ꝑ res est, fateor, & acerbum suadere Principi, id quod vtilius est, & magis condacens Reipublicæ, vt rectè considerauit Cor-

nelius Tacitus lib. 17. dicens: Suaderi Principi, quod oporteat, multi laboris assensio erga Principem quemcumque sine affectu peragitur. Salustius ad C. Casarem, de Reipublica ordinanda. Scio ega difficile atque asperum salu sit, Consilium dare Regi, & Imperatori; rationem deducimus, ex Solon apud Diogenem Laertium, Principi non dulciora, sed optima sunt consulenda.

Sed hanc humanam conditionem naturæ nostræ facile domant ꝑ Christiani Principes; & præcipuè Sanctitas & Christiana charitas S. Apostolicæ permittentis consili damna, & scandala, quæ ex suis iustibus importunt, & subrepticè extortis occurrunt timentur in Republica, & patienter spectantur, atque ferentis eorum suspensionem ad effectum consulendi, pro vt ex adductis in toto hoc cap. & in §. sequenti, clarè demonstratur, atque apertissimè Pontificum intentio detegitur.

S. VNICEVS.

Secunda Iussio post priorem in Senatu retentam ab eadem Sede Apostolica emanata, quando, & qualiter operetur.

SVMMARIVM.

- Disputatio sacrilega de potestate Vicarij Christiana in imagine abest, num. 1.
- Papa potest nullis legibus, aut regulis coartari, num. 2.
- Papa facit vnum Consistorium cum Deo, n. 3.
- In retentione Bullarum non discrepatur potestas, sed voluntas Papa, qua certe est nolle aliquid disponere in perniciem Reipublicæ spiritalis, aut temporalis, num. 4.
- Iussione secunda adueniente à Papa per iudicos tramites obtenta, informat de inconuenientis obtemperanda erit, num. 5.
- In adimplemento secunda iussionis post litterarum retentionem factam à Senatu variant Doctores, num. 6.
- Couartopias insinuat nunquam admittendæ litteras in derogationem iuris patronatus, num. 7.
- Bulla Adriani refertur, qua immunes sunt Reges Hispania à censuris quibuslibet non parentes litteris in derogationem iuris Regij patronatus, num. 8.
- Retentionis Bullarum recursum originatur à iure naturali, num. 9.
- Pontifex semel etiam informatus de inconuenientis litterarum retentam similes duplicans adhuc retinendas, cum non à mente eius, sed ab officium negotiatione procedere presumi firmat Minchæca, num. 10.
- Litterarum damnum publici regiminis super materia, qua Princeps nequit disponere, etiam secundo, & tertio missis non exequenda firmat Anguianus, num. 11.
- Retentionis recursum postulare non debet Fiscalis animo impediendi executionem litterarum, sed supplicandi Sanctissimum, vt instruat, pronideat quod magis Reipublicæ Ecclesiastica conueniat, num. 12.
- Pontifici iterum, atque iterum mandanti, quod repugnat Reipublicæ, iterum replicari, cum non fiat ad contentionem obdurescere, sed veritate sustinere, num. 13.

diocis indagare affirmat Zaballus, num. 13. Abraham, Job, & Moyses Deo replicare, & argumentari in pluribus Sacra Scriptura locis legitur, num. 14.

Si Papa informatus secundam mittat iussione, posse secundo supplicari, & interim suspendi executionem, donec tertiis accedat iussio, firmat Pater Henriquez, num. 15.

Si in secundi iussione nouum aliquod grauamen addatur ex falsa informatione, admitti posse in re graui tertiam supplicationem, asserit Pater Henriquez, num. 16.

Author non admittit absolute obseruationes Doctorum circa secundam, aut tertiam iussione, sed cum federe distinctionis, num. 17.

Supplicatione à literis interposita legitime, & cum partis citatione prosecuta secunda iussio à Papa obtenta, regulariter obtemperabitur in Senatu, num. 18.

Iura permittentia supersederi in litterarum executione ad effectum rescribendi, & expectandi secundam iussione, nullam faciunt mentionem de tertia, num. 19.

Bullarum executio suspenditur quando ex iusta presumitur extorta voluntas Principis, quod durat donec de libera voluntate appareat, n. 20.

Quando clare constat de Principis iam instruiti, & informati intentione, velle etiam iniustum mandatum exequi, obtemperandum erit, num. 21.

Prima litteræ habentes clausulas, ex quibus apparet libera voluntas Principis exequenda sunt, quia habent vim secunda iussionis, num. 22. & declaratur, num. 24. & sequentibus.

Impetrans (cuius litteræ fuerint in Senatu retentæ) si secundam iussione obtineat non citato supplicante, adhuc in Senatu detinendam, num. 23.

Verba Bullæ Cans (legitimè prosequantur) ponderantur, num. 24.

Legitimum dicitur, quod à lege approbatur, & secundum eam fit, ibidem.

Informatio Senatus, qui bullas retinuit, necessaria est in supplicationis prosecutione, n. 25.

Papa non legitime instruit de inconuenientis, ex quibus suis litteræ sunt retentæ, secunda iussio in idem incidit inconueniens, & defectum, n. 26.

Nihil vultum, quin præcognitum, num. 27.

Professionem nullam non ratificat exercens alius professi, dum est ignarus causa nullitatis sue professionis, num. 28.

Ordines metu assumptos ratificat non ordinatus per eorum exercitium dum adhuc latebat, num. 29.

Quia primus consensus qui nullus fuit videtur perdurare, nec dum est ignorans denuo consentis, sed in virtute prioris consensus nullum agit, num. 30.

Papa dum non est instruitus, & certus de inconuenientis primarum litterarum (quas Senatus retinuit) secundam concedens iussione denuo non consentit, sed virtute prioris consensus agit, idem continens inconueniens, num. 31.

Ad secundam iussione obtinendam debet consueta iuris forma seruari, num. 32.

Supplicari posse Sanctissimum semel, & iterum quando litteræ continent damnum Reipublicæ spiritalis, & temporalis, & scandalum timeatur, num. 33.

Litteræ Principis si contineant damnum intollerabile, & irreparabile, tutius est secundo replicare, & expectare tertiam iussione, num. 34.

posita habet vim secunda iussionis, num. 35. In rescripto Principis habente clausulam (non obstante scandalo) nihilominus suspendendum ad effectum rescribendi Principi, num. 36. & sequent.

Rescriptum continens scandalum contra Rempublicam, non exequendum, ad vti nec secunda iussioni obtemperetur, num. 37.

Secundam iussione in derogationem iuris patronatus Regis, aut laicorum retinet Senatus, n. 38.

Pontifex non vult ita durius agere contra Regem per tres iussiones, cum eius non sit intentio Regis, aut Regni iuribus, & consuetudinibus derogare, num. 39.

Papa non impedit Regem hac Regalia orti, sed in genere hortatur & terret, ne ministri per abusum excedant, num. 40.

Ex derogatione iuris Regij patronatus maximum potest timeri scandalum vitandum omnino, num. 41.

Consuetudo vetustis, ex qua Princeps confert beneficicia, tolli non debet, quando timetur scandalum, num. 42.

Censura non publicanda in Regem, quoties timetur scandalum, refertur casus Zabarellæ, n. 43.

Supplicari iterum Sanctissimum posse à secunda, & tertiori iussione in derogationem iuris strangerij ob vniuersale scandalum, num. 44.

Pontifex semel informatus à Senatu de inconuenientis Reipublicæ suarum litterarum non solet ita durius agere, vt aliam mittat iussione, num. 45.

Pontifex, vt pastor vigilans semper suos subditos inuitat ad pacem, non vultque aliquem vim pati, num. 46.

Pontifex semel informatus de damno Reipublicæ non dubitat remedium adhibere, nec aliud videntur de suo paternali amore, ad quem nos inuitat pro reparatione damni ex suis litteris, & decretis orti, num. 47.

Mirabilis text. in cap. nos si incompetenter 2. q. 7. & alia singularia iura ponderantur in preposito, num. 48.

Litteras Principis ex iusta causa suspensas certissime de ea, & de damno, exequenda insuper non mandat Princeps, num. 49.

Princeps facile corrigi, qua iniuste mandauit damno cognito, num. 50.

Sapiens timer, & declinat, ibidem.

Sapiens audiens sapienior erit, ibidem.

Plura iura recensentur, in quibus Princeps pollicetur corrigere, qua ipse malè informatus decreuit, adhibitis perfectioribus consiliis, ibidem, & num. sequentibus.

Diuersa iubere non procedi ex leuitate Principis, sed ex vtilitate Reipublicæ, num. 51.

Dei incommutabilem naturam pro misericordia mutasse, & temperasse suam sententiam sæpè in sacris litteris legitur, num. 52.

Senatus Regis semper est vigilantissimus in Reipublicæ salute, & humiliter reuerentia non de facili causam retentionis examinat, num. 53.

Supplicatio est actus humilitatis, ibid. Verè obtemperat, qui litterarum Apostolicarum executionem iuste suspendit, ibidem. Pontifex ob grauitatem tanti Senatus sibi notam, illius supplicationi, & informationi acquiescit, num. 54. Cap. veniam 35. q. 9. Mirabiliter ponderatum in preposito, num. 55.

Sedes Apostolica nonnulla rationabiliter ordinat, que suadente subditorum utilitate consultius reuocatur, num. 56.
Ob euidenter utilitatem, vel urgentem necessitatem quoadque statum variantur humana, num. 57.
Pontifex ad relationem tanti Senatus damna delet, certius aliter non moueri, quam publica pascit subditorum salus, num. 58.
De Senatus Regij auctoritate, scientia, & experientia, de eius fidelissima relatione, & quanta sit ei fides danda, plurima iura ponderantur, num. 59. & sequentibus.
Senatores patres Principis sunt, à quo ut patres venerantur, num. 60.
Senatus pars corporis Principis est, & inter eius membra numeratur, num. 61.
Senatorum scientia, est officium ciuili intelligentie, num. 62.
Senatus nihil proprius, quam omni uigilantia curare de bono publico, num. 63.
Senatores sunt electi tam doctrina legum, quam experientia pollentes, num. 64.
Principi (quem Senatus representat) asserenti de timore scandali, inconuenientis statui, & creditur de iure, num. 65.
Iussio secunda, ueterior ue ad hac Regna non solent expediti, uel quia partes timent expensis in prosecutione supplicationis, uel agnoscentes, quanta sit fides adhibenda fidelissima Senatus relationi, num. 66.
Imperans secundam, uel tertiam iussionem, proteruere, & temere agit expositus priuationi naturalitatis, & incapacitati obtinendi beneficia in his Regnis, num. 67.
Imperans proteruere secundam, aut tertiam iussionem, praestat causam seditionis, ac turbationi pacis publicae, qui, ut sediciosus, expelli potest à Regno, num. 68.
Publicus uerum status sapius ex priuato turbatur, priuataeque iniustitia causatine publicam perducit perniciem, num. 69.
Papa placet, ut iterum, atque iterum sibi replicetur, & arguatur circa damnum Reipublicae, ue ueritas clarius luceat, & num. 70. seqq.
Pro aequitate seruanda iusti Principes sibi patiuntur contradicere, num. 71.
Principes debent permittere Consiliariis liberè iudicium suum proferre, ne deterriat uerum taceant, num. 72.
Abusibus resistere maxime laude dignum est, num. 73.
Supplicare saepe Pontificem à litteris in perniciem Reipublicae licet, num. 74.
Per replicationem, & argumenta ueritas clarior patet, num. 75.
Mores gentium agnoscere imperantibus conducibile est, num. 76.
Papa non potest ab alio, quam à Senatu Regio certum reddi de damno Regni, num. 77.
Aequum est, ut unus Princeps multorum sequatur consilium, quam, ut multi unius uoluntatem, num. 78.



ABSIT ab imaginatione Christiana sacilegale disputatio de Summi Pontificis (totius Orbis Pallois, Vicarij Chisti, uices eius gerentis, qui omnia potest, caput vniuersale) Potestate, iuxta text. in l. disputare

de crimine sacrilegij, Craueta conf. 241. num. 2. Costa conf. 19. num. 24. Eius enim potestas controuerti non potest, Berretus conf. 1. 4. n. 36. Bardellus conf. 136. num. 2. Menoch. conf. 156. num. 2. Costa diff. conf. 19. num. 4. Petra de potestate Princip. cap. 1. Natra conf. 625. num. 2. Butius de Princip. num. 70. Giurba conf. 49. num. 1. & 2. Quia Papa potestas nullis legibus, aut regulis coartatur, Grammaticus conf. 1. num. 23. ad finem decisionum suarum, & facit vnum consistorium cum Deo, Hieronym. Gonzalez 3 in Regula de mensib. & alternat. §. 1. proximali, ubi multa congerit de potestate omnimoda, & absoluta Pontificis, cuius Breuia, rescripta, & mandata summa reuerentia, obedientia, & humilitate recipienda, & obedienda sunt, secundum Hieronymum Aluanum in tractatu de potestate Princip. 1. part. num. 123. & 2. part. num. 137. & 249. Laelius Iordanus in tractatu de Romana Sedis Origine, cap. 12. num. 23. Michæl de Aninio in tractatu de uisitate Ouilis, & pastoris, c. 29. ex num. 9. Turcercmata in summa de Ecclesiast. lib. 1. cap. 37. Petrus Amonte, in tractatu de potestate Principi, rubrica de potestate, praesentia, & excellentia eius, ex num. 7. cum sequentibus, Victoria in relectione 4. de potestate Papae, & Concilij, propositione 16. ubi congerit quam plurima, & Fuluius Pazianus in conf. 80. ex num. 16. cum multis sequentibus, & in consil. 123. ex num. 86. volum. 1. Petra de potestat. Princip. c. 8. & cap. 29. ubi latius, Mastrillus de Magistratibus lib. 1. cap. 1. per totum.

In hac igitur litterarum Apostolicarum retentionis cognitione, nunquam disceptatur, nec dubitatur de Summi Pontificis potestate (absit) sed de eius uoluntate dumtaxat, cum certa sit, nolle aliquid disponere in perniciem Reipublicae spiritualis, Ecclesiasticae, aut temporalis, aequo animo permittente suarum litterarum executionem suspendi, donec de legitima suspensionis causa, & inconuenientiis consultus, uel reuocet, uel secundam mittat iussionem, ad hunc dumtaxat finem sua Sanctitas hoc permittit, ut amplissimè haecenus dictum fuit à principio huius capitis tantorum Iurium caeterua, quam merito extorant tanti Doctores in comprobationem citati insequent intentionem iuris, & finem suspensionis approbantes. Quare adueniente 1. secunda Pontificis Maximi iussione legitime, ac per iuridicos tramites obrepta mandantis, ut prior iussio exequatur, humiliter quidem obtemperanda erit iuxta praefata iura superius adducta, & in vnum congregata à principio huius, cap. 3.

Sed quia in re hac quantum attinet ad complementum secundae 1. iussionis; adhuc varios uiderim Doctores; ideo cunctanter insistentium, & accurate ueterius examinandum, ne quid illicite, indecè uel contra ius fieri contingat.

Nam Dominus Praeful Couaruuas practica- rum quast. capitul. 36. num. 3. ad principium, dum loquitur de retentione Bullarum, in derogationem iuris patronatus laicorum, insinuat absolute vnquam admitti huiusmodi derogationes in hac: *Apud Hispanos minime derogationes iſſe admittuntur, nec admitti conſueuerunt: imò ipſa Suprema Regij Tribunalia, & qui regio nomine illis inſtituta miniſteria praesunt, ſtatim Apoſtolicas litteras examinant propter publicam utilitatem earum executionem ſuſpendunt, eandem uſum grauiſſimè*

iſſimis panis, & comminationibus interdicens, idem apud Gallos fieri teſtantur Petrus Rebuffus in prax. beneficiorum, 3. p. Signatura in uerbo, Necnon iure patronatus, num. 12. & 37. idem Rebuffus in tractat. de nomination. q. 15. n. 2. &c.
Cui & quidem conſonat Bulla Adriani VI. dum loquendo 1. de iuris patronatus Regij derogatione, per litteras Apoſtolicas facta, ita ait: Vosque, aut dictos Succesſores ueſtros, ſeu ueſtram aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non partitionem huiusmodi aliquas etiam in eisdem litteris contentas cenſuras, & penas nullatenus incidere poſſe, &c. Quam Bullam ad litteram adduximus in tractat. de Regia proteſtatione, §. par. capitul. 10. à num. 10. ponderando illa uerba (nullatenus parere d. bere) quae ſecundam, & ueteriorem iuſſionem excludunt, & abſolutam reuocantiam clarè oſtendunt.
Ferdinandus Vazquez Minchaca uir doctiſſimus magis reſolutus, & apertius fuit loquutus in lib. 1. controuerſar. illuſtrium, cap. 41. qui poſtquam à num. 19. late comprobauit hanc litterarum Apoſtolicarum retentionem ex principio debita deſenſione à iure naturali originato, à num. 24. inſertit ad iuſtam hanc Bullarum retentionem ob legitimum cauſam uolentiae factam à Senatu, ut Summus Pontifex de inconuenientis informetur, in num. 26. ad noſtrum propoſitum ſic querit in hac: Quid autem ſi Summus Pontifex, 1. etiam poſtquam ad eum reſcriptum eſſet, rem illam non correxiſſet, & Bulla duplicaſſet? Certè eſt ſimiles duplicaſſet, idem adhuc dicerem, quia ſemper id ab eius mente alienum intelligerem, & officialium inſelinatione perpetratum, uel eo, quod ipſe nullum habeat ſuperiorem, ſed ſit omnibus eminentior, inque uim iuriſdictionis nullus poſſit factum eius corrigere: tamen in uim naturalis deſenſionis nullus eſt, qui non poſſit, quinimo debeat, & teneatur reſiſtere uim inferenti, aut iniuriam, & auxiliium patienti uim, aut iniuriam, gradatim tamen; nam primum hac cura perinet ad Magiſtratum, quibus impeditis, uel non uolentibus, reliquis quoque priuatis hominibus hanc ad rem potest aditus, & ita ſunt intelligenda, & deſendenda leges Hiſpanae hac de re loquentes, &c. Haecenus Minchaca reſolutio.

Eodem patet ferè modo 1. loquutum fuiſſe Doctorem Anguianum in tractatu de legibus controuerſ. 5. num. 65. in hac: Ex quibus manifeſte deducitur quantum interſit mandata Principum eſſe iuſta, & rationi, reſtaque Reipublicae adminiſtrationi conſentanea, alia enim, ſi fuerint iniuſta, & ſuper materia ſuper qua Princeps ipſe de deſectu potestatis diſponere nequeat, & auferre inconuenientia, que probabiliter timeantur, nullatenus erunt exequenda, etiam ſi per primam, ſecundam, & tertiam iuſſionem, dimanauerint.

Etenim cum omnia mandata Principum ob deſectum uoluntatis, & potestatis corrumpi poſſint, atque deſicere, ſicuti quando precipit aliquid prima ſimplici iuſſione, quia probabiliter credimus, ſi preceptum ſit tale, quod ſine ſcandalo non poſſit adimpleri, deſicere etiam Principis uoluntatem, eo quaſto colore poſſumus, & debemus in executione ſuperſedere; ut latius tradidimus in praecedentibus: ad eundem modum, ſi deſiciat in Principe potestas, quia precipit aliquid, in quo non poſſit diſponere, nec ex ſua ſua diſpoſitionis iniuſtitiam, & peccatum tollere, utique non erit illi uolito modo obtemperandum; ut iuſte conſiderarunt, & phi-

loſopharum, Felinus & plures alij in dicto cap. ſi quando, de reſcriptis, Decius in diſt. cap. cum reneamur, num. 4. ubi Abbas & communis Schola, & poſt eos Couar. in d. cap. 5. cum pluribus alijs ab ipſo relatis. Haec Anguianus.

Hieronymus de Zeballos autem 1. in re hac appetit etiam, & intrepidè loquutus fuit, in praedictar. communem contra communem, q. 899. à num. 291. lib. 3. qui à num. 294. in hac: *Quid fieri debet à Regio Ficalia, non animo, nec intentione impediendi executionem litterarum Apoſtolicarum, ſed ut informetur Pontifex Maximus, ut melius inſtructus de precibus ſupplicationis pronideat illud, quod magis Sedi conueniat, & ſacroſanctis Decretis Concilij, & ſic Regij Conſiliarij, cum Pontifex interloquitur, non debent illius Decreta impugnare, ſed qua debent, decencia, modestia, ac reuerentia ſua accommodatiuè proferre ſententiam, quia text. in cap. ſi quando, de reſcriptis, ut quando reſcriptum Papa uideatur repugnare legibus, expectetur ſecunda iuſſio, ut ipſi Principi, ſi ita res poſſulet, Magiſtratus poſſet replicare, quando negotium publica utilitati manifeſte aduerſatur, ut in Authentica, de mandatis Princip. §. deinde, ubi gloſſa uerbo, Nuntians, l. ſi uindictari, C. de Penis, in tantum quod etiam ſi Princeps, & Pontifex iterum urgeant, dum non animo illud impugnandi, ſed ueritatem facilius inueniendi, 1. poterunt Conſiliarij iterum, atque iterum reſpondere, & rationes quae obſtant moderatè reſutare, cum hoc non ſit ad contentionem obdare, ſed ad ueritatem ſtudioſius indagare, cum ueritas aliquando luceat, & in profundo abſtruſta ſiue argumentis, & ſine diſputationibus diſſiciliter comprehendere poſſet. Cuius rei exempla in ſacris litteris extant. Geneſis 18. Exodi 32. Num. 14. Iob. 10. & 13. Vbi 1. Abraham, Iob, & Moſes, & alios Sanctos uiros, ita plerumque cum Deo cauſa egiſſe, ut aliquando argumentarentur, obſiſterent, & rationibus quodammodo conuincere tentarent, &c. Haecenus Zeballos. Quod latius extornata ad fin. huius cap. à num. 70. uerſ. Tandem igitur, &c. & nam. ſeqq.*

Pater Henriquez doctiſſimus, & religioſiſſimus uir in lib. 2. de Pontificis clauis, capitul. 16. §. 2. late proſequitur 1. hunc diſcuſum, & concludit. Quod ſi Papa uellet (non obſtante ſupplicatione, aut informatione generali) ut nihilominus mandatum, & litterae exequantur poſſet ſeruata conſuetudine iuris forma addere ſecundam iuſſionem, ſententiam in particulari, & tamen interim ſuſpenderetur executio. repetita ſupplicatione ad Pontificem, donec accederet tertia iuſſio, quae habet uim ſententiae, &c.

Et iterum ipſe Pater Henriquez ibidem, dicto cap. 16. in §. 3. ita ait: *Interdum 1. à Indicibus Regis prima Bulla Apoſtolica deſinetur propter uicium ſubreptionis, ut quia mentionem non fecit de prauidicio placo alieni iuris, aut de conſenſu patroni, & tamen pars ad Pontificem recurrerit ſi aſſerat ſecundam litteras, habito, uel ſuppleto conſenſu Patroni, admittitur planè in Senatu, ſi uenit, ut litterae mandentur executioni; ſi tamen in ſecunda, aut etiam tertia iuſſione, & ſententia conſeſſe ex falſa informatione, adiectionem eſſe grauamen, non contentum in prioribus ſententijs admitti poſſe in re grani tertia ſupplicatio ad adiectionem grauamini, &c.*

Haec ſunt, quae in hoc articulo ſecundae iuſſionis circa hanc 1. retentionem litterarum Apoſtolicarum dixere uiri tot docti, quorum aſſer- tiones

iones in re tam graui, ita absolutè non aude-
rem confirmare absque fœdere distinctionis ca-
sum, & conclusionum sequentium.

18 Prima fit, quoties ob legitimam & probabi-
lem causam à iure approbaram in Senatu facta
fuit Bullarum retentio, impetransque pro con-
sequenda secunda iussione à Sede Apostolica,
aut supplicans prosequendo suam supplicatio-
nem, aut horum quilibet proposuerit coram ead-
dem Sede præfatam causam, vt certior de ea
fiat Pontifex, atque ita supplicationem ad ipsam
interpositam legitimè fuerit prosequuta (iuxta
Bulle in Cæna Domini tenorem) hoc est cum
causæ cognitione, & citata parte, cuius inter-
est, obtrineatur secunda iussio, ei (regulariter
loquendo) omnino humiliter patendum est à
Senatu Regio, sinente executioni litteras liberè
mandari.

Hanc conclusionem probant omnia iura, &
Doctores à principio huius capituli citati, cum
nullibi illorum iurium tertia iussio in mentione
fiat, sed dumtaxat permilla litterarum Aposto-
licarum suspensio, & retentio, donec Roma-
nus Pontifex consulatur, & quid sit faciendum
prouideat, præcipue ex textu expresso in capi-
tulo 2. de officio delegati. ubi: *Donec Romanum Pon-*
tificem consulatur, & suam exinde cognoscant ple-
nitus voluntatem, executionem supersedeant virarum-
que, &c. Hoc ipsum constat ex mente omnium
illorum Doctorum, quos in vnum congestimus
suprà capitulo 1. à principio, qui dum probant
in Rege hanc retentionem ex iusta causa, inter-
im dum Summas Ecclesiæ Pastor de ea fiat cer-
tior, vel reuocet, vel secundò rescribat. Sup-
ponunt igitur omnes (provt in eorum lectura
manifestè continetur) retentionem litterarum,
20 & eorum suspensionem durate dumtaxat, do-
nec sua Sanctitas melius informatus iubeat, &
per secundam iussionem tacite declarat suam in-
tentionem, & voluntatem liberam fuisse, non
inuitam, extortam precibus importunis, nec
partis suggestionibus; ex his omnibus iuribus,
& authoritatibus copiose adductis suprà hoc
cap. à principio, quasi tunc consisto de Summi
Pontificis libera voluntate, cessauerit causa fi-
nalis principalis retentionis, in cuius cogniti-
one non disceptatur eius potestas (absit) sed eius
dumtaxat voluntas in dubium (vbi adest iusta
dubitandi ratio) vertitur.

21 Et insuper hæc conclusio probatur, quia
quando Princeps certioratus à Iudice nolente à
principio suum præceptum exequi, adhuc se-
cundò iusserit omnino exequi, tunc enim etiam
obediendum est, quia certum est, quod Prin-
ceps ita vult, & eius mandato, quamuis duro, &
iniusto parendum est, quando clarè constat, Prin-
cipem velle, vt illud exequatur siue iustum siue
iniustum. Ita ex hac ratione probant Felin. in
cap. consanguinei, num. 8. vers. Et si Princeps
consulatur, de re iudicata, post B. Butrium, &
Immolam in locis per cum relatis, Decius in
cap. si quando, num. 8. in fine, & mura sequen-
ti de rescriptis, Hypolitus de Matil. in l. 1. §. si
quis ultro, num. 51. versicul. Et si Princeps ff. de
questionibus. Bolius in practico. crimin. tit. de homi-
cidio, num. 56. & 97. in fin. & num. 99. post An-
gelum, & Alexand. quos allegat in l. à Dino
Pio de re iudicata, Viuius opinio 638. num. 13.
vbi testatur de communi, Prosperus Farinatus
in praxi criminali. lib. 3. de poenit. temperand. q. 97.

22 *casu 2. à num. 48.* Conducunt etiam plurimi Do-
ctores ab eo ibidem citati, à num. 46. & sequen-
tibus. Dicentes, quòd si litteræ habeantur à clau-
sulis, ex quibus deducatur voluntas libera Prin-
cipis, absque suggestionibus, & subreptionis
præsumptione (cum tales clausulæ habeant vim
secundæ iussionis) primis litteris obtemperan-
dum esse. Supponunt igitur secundæ iussioni
acquiescendum. Vide nihilominus Farinacium
ibidem, cuius faciendæ mentio inferius ad huius
doctrinæ intelligentiam, & temperamentum,
cum sic generaliter scripta, rigorosa nimis sit,
& dissonans, num. 34. & sequentibus, vterius
erit agendum.

Secunda fit conclusio. Si pars (cuius litte-
ras Apostolicas Senatus retinuit) præueniendo,
& ac supplantando prosequentem supplicatio-
nem ab aduersario suo interpositæ, secundam
iussionem obtineat, absque tamen citatione
partis supplicantis, quæ (secundum Bullam in
Cæna Domini in cap. 14. ac iuxta cap. si quan-
do de rescriptis, cum concordantibus) legiti-
ma est, & vt talis legitimus fuit effectus, con-
tradictor, & absque causæ cognitione nihil agit,
quoniam ad reuocationem litterarum Aposto-
licarum, vel ad discernendam secundam iussio-
nem à Summo Pontifice supplicationis prosequ-
tio legitimè debet fieri, vt ex Bulla Cæna
Domini, cap. 14. patet, ibi: *Nisi supplicationes*
huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legiti-
mè prosequantur, &c. Nec enim potest dici legi-
timè prosequuta, vbi deficiunt omnino sub-
stantialia, provt est citatio, quæ omnino requi-
ritur à iure, vbi de interpretatione rescripti, vel
Principis priuilegij tractatur, Hostiens. Inno-
cent. & Ioannes Andræas, & Abbas in cap. olim,
de verborum significat. Grammatic. decisio. 65.
num. 21. Socin. Iunior. consil. 77. num. 111. vo-
lumin. 1. Borrellus in summa decisio. tit. 44. de
citatione, num. 119. & n. 320. Giurba in consil. 39.
num. 45. vbi quoque post plures alios idem esse,
vbi agit de modificando, aut moderando pri-
uilegio, & rescripto; quare alias si contra iuris
dispositionem fiat prosequutio, non dicitur legi-
timè prosequuta supplicatio.

Legitimum quippe illud dicitur, quòd à le-
ge approbatur, & secundum legem fit, l. legi-
tima, ff. de pactis, l. 3. §. final. ff. pro socio, De-
cius consil. 258. num. 4. volumin. 2. Ioann. Garcia
de expens. cap. 6. num. 16. ad finem. Parladorius
lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 11.
num. 4. Nos in tractatu de Regia protectione 4. part.
cap. 7. num. 2. & 3. idem dicit plura iura allegans
& rubricas Moneta de commutation. vltima. vo-
lumin. cap. 10. in princip. num. 17.

Supplicationis enim prosequutio æquipara-
tur appellationi, nisi in casibus, in quibus re-
peritur expressa differentia, Capicuis decis. 28.
sub num. 11. Roland. consil. 94. num. 9. lib. 1. Scaccia
de appellatione. cap. 2. quæst. 19. remed. 3. n. 24.
in fin. & num. sequenti, Afflic. in proemio consti-
tution. quæst. 10. Peregrinus consil. 79. num. 3. lib. 1.
Menoch. de arbitrar. quæst. 7. num. 55. Maltrill.
decisio. 39. num. 9. Scraphin. decisio. 495. n. 1.
& 8. Marius Giurba decisio. 30. à num. 7. An-
tonin. Amato variarum resolution. 1. part. resolu-
tion. 7. num. 22. vbi laudat Doctores apponentes
decem differentias.

Quoniam aliter sua Sanctitas non bene potest
de inconuenientis informatus dici, nisi nego-
tium

tium per legitimos suos iuris trames tractetur,
ex iuribus, & doctrinis vulgaribus, cum etiam
Summus Pontifex de se ipso dicat non posse
contra inauditam partem aliquid definire in e. 1.
de causa possessionis, & propriæ.

Maximè quia ad idem præcisè debet interue-
nire, & permitti Senatui Regij relatio, & in-
formatio circa inconueniens, damnumque
25 ¶ Reipublicæ, quòd longo examine, auditis
vtriusque partis defensionibus vt legitimam
causam censuit, & iudicauit ad Bullarum præ-
dictarum retentionem interim faciendam, vt
dicit Pater Henricus lib. 2. de Pontifici clauæ,
cap. 19. §. 3. Alioquin quomodo simplici vnus
partis relationi (vt plurimum incerta) fides
adhibenda erit à Sede Apostolica?

Ac propterea dum legitime, & ex integro,
16 verèque non consiliteri t suæ Sanctitati de in-
conuenientis priorum litterarum: Secunda ius-
sio priorum ratificans in idem incidit inconue-
niens, quæ vt informis non probat volunta-
tem liberam, & absque suggestionibus extor-
tam suæ Sanctitatis. Vt enim actus præcedentis
inutilis ratificatio valeat, debet ratificans de
causa nullitatis esse certus; nihil enim vultum,
27 ¶ quoniam præcognitum, vt probant Doctores statim
citandi, affirmantes, quòd si professio, aut
matrimonium ex aliquo defectu, aut causa fuit

28 nullum; ¶ licet expressè ratificetur à coniuge,
vel à nouitio, ignaro tamen nullitatis prioris
professionis, & ex qua causa nullitas ipsa pro-
uenierit, non validatur, nec conualescit, etiam
per plura actus, professio vero pertinentes, vt
quampures Doctores probant, & variè exor-
tant. In variis prædictis & aliis materiis, Caietan.
2. 2. quæst. 189. artic. 5. paulo post princip.
Nauarrus in summa. cap. 12. num. 71. & comment.
4. de regularibus. num. 74. §. aduertendum quatuor,
& lib. 1. consiliorum in 1. edition. tit. de his que vi,
consil. num. 8. & lib. 3. tit. de Regularibus, consil.
5. num. 15. & 18. & consil. 39. num. 4. & consil. 44.
num. 4. & consil. 96. num. 1. Azorius lib. 12. de in-
stitutis. moral. cap. 4. quæst. 7. Sorbus in compend.
priuileg. Mendicantium, verbo, Nouitius, nota 4.
Grafis 1. part. decisio. lib. 3. cap. 5. Manuel
Rodriguez 2. tomo Summa, capitulo 5. num. 2. &
cap. 8. conclus. 4. num. 1. Ancartan. in cap. litteras
de dispensatione impuberum, num. 8. Francus in
capitulo vnica eodem tit. in 6. num. 5. Brunellus
de sponsalibus. conclus. 5. num. 1. Rosella in summa,
verbo votum 2. num. 13. & verbo votum, Mari-
monium, num. 4. §. 10. Nauarr. in summa Latina,
capitulo 12. num. 71. Corduba in summa, quæst. 1146.
& 147. idem Manuel Rodriguez 2. tom. summa,
cap. 99. num. 7. Vega lib. 5. summa, casu 97. & 105.
Ricard. in 4. dist. articulo 2. quæst. 1. Paludan,
ibi, quæst. 1. art. 1. concl. 3. num. 9. Rosella verbo,
Impedimentum, impedimento 3. num. 6. & 7. An-
gelus in Summa verbo, Matrimonium tertio, im-
pedimento 4. num. 8. Syluestri. in Summa verbo,
Matrimonium octauo, quæst. 3. dist. 2. Tabiena
verbo, Impedimentum, impedimento 1. quæst. 11.
num. 12. Sotus in 4. dist. 35. quæst. vnica, artic. 2.
versic. Sed est prætera.

Thomas Sanchez de matrimonio. tomo 2. lib. 7.
disp. 37. quæst. 7. à num. 59. & lib. 1. disp. 16. num. 7.
vbi plura similia fundamenta congerit, & ite-
rum, lib. 2. disp. 36. num. 3. & lib. 7. disp. 6. n. 9.
29 Vbi etiam non censeri ratam haberi ordinem
metu assumptum per ipsius exercitium, dum

exercens latebat, se ad ordinis obseruantiam
adstrictum non esse, quia incertitudo tollit
consensum, & voluntatem, vt iis in locis ex-
pressè probat.

Et hanc eandem considerationem reperio fecisse
nostris terminis Doctorem Anguianum in
tractatu de legibus, controuers. 5. sub num. 25.
post medium, licet sic nec exortet, nec com-
probet.

Et est elegans doctrina Glossæ capituli 11. de
eo qui duxit in matrimonium, verbo, Inficia, ibi:
In primo ¶ consensu, qui nullus fuit videtur per-
durare, & non alium approbare, vbi Innocentius
in fin. ita ait: *Nam ex consequentia prioris con-*
sensus videtur ignorans cognoscere, & idem repe-
tit Hostiensis ibidem in principio, Ioannes An-
dræas ad fin. Anton. num. 8. Ancharan. num. 4.
Cardinal. paulo post princip. vers. Oppono,
Henricus, & Alexand. de Nebo, n. 11. Propo-
situs num. 1. in fin.

Igitur Papa dum non est in instructis, & cer-
11 tus de inconuenientis priorum litterarum (quas
Senatus iuste motus retinuit) secundam conced-
dens iussionem, denuò non dicitur consentire,
sed virtute prioris consensus agere idem contin-
entis inconueniens, ex iam relatis doctrinis,
quam alij comprobant.

Sotus in 4. distin. 35. quæst. vnica, §. respon-
deo primus consensus, his verbis: *Non consentit*
nouo consensu, sed tantum agit in virtute prioris
consensus. Idem dicit Abulens. 1. Regum 8.
quæst. 38. Antonius Cuchus lib. 5. in fin. maior.
tit. 12. num. 50. Syluest. verbo, Matrimonium 8.
quæst. 2. dicto 1. Henricus lib. 11. de matrimonio,
cap. 3. num. 6. Adrianus in 4. materia de sponsali-
bus, dubio 23. versicul. Prætera, ibi: *Quia sem-*
per intelligitur ex prioris consensu facere, Viguer-
ius lib. institutio. cap. 16 §. 7. vers. 9. impediment. 1.
Veracruz 3. part. special. art. 12. conclus. 1. & 1.
par. artic. 19. Angiel. in florib. Theolog. 1. part. de
matrimon. quæst. 10. de impediment. error. artic. 1.
dub. 1. conclus. 3. Petrus de Ledefina de matrimo-
nio, quæst. 52. art. 1. dub. 2. Philarcus de officio
Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 5. impediment. 2.
Ludouic. Lopez in tractatu. 2. part. de matrimonio,
cap. 47. fol. 118. Villalobos in communibus, lit-
tera M. num. 68. Couarruias in 4. 2. part. cap.
num. 5. Gregorius Lopez in l. 4. tit. 5. part. 4. ver-
bo, No es ansí, Didacus Perez in lib. ordinament.
tit. 1. lib. fol. 41. Sicque non plene instructo Pa-
pæ de priorum litterarum inconuenientis, per
secundam iussionem confirmatoriam prioris non
potest argui, & percipi eius libera voluntas si-
ne suggestionibus, nimirè perlausionibus emanata,
sed imò eodem modo extorta secun-
da, quo prior præsumenda, deficiente supple-
tionis legitima prosequutione, quam Bulla
Cæna appetit. Atque ideo similiter huiusmodi
secunda iussione retenta, iterum ab ea supplica-
ti licebit.

Et quod ad obtinendam à parte (cuius litte-
ras Apostolicas ¶ Senatus retinuit) secundam
iussionem à Sede Apostolica, debeat fieri serua-
ta consueta iuris forma (hoc est, causæ cog-
nitione adhibita cum partis citatione) expressè
in his terminis tenet Pater Henricus, lib. 2. de
Pontifici clauæ, capitulo 16. §. 2. 2. superius resolu-
tus, num. 15.

Tertia fit conclusio, quando litteræ Aposto-
licæ manifestè vt pergant in ditam publicæ 33
vtilitatis,

vilitatis, & Reipublicæ spiritualis, Ecclesiastica aut temporalis, aut scandalum ex earum executione probabiliter timeatur, vel damnum aliquod notabile inducatur, semel & iterum postea humiliter supplicari Sanctam Sedem Apostolicam, arbitror vt pro sua piissima misericordia velit tanto damno obviare, atque sic vltcrius expectari tertiam iussione, & ad terminos huius conclusionis bene admittam reducendam doctrinam Covar. *pract. quest. cap. 36. num. 3. ad princip.* Zeballos *in contra commun. lib. 3. quest. 897. à num. 292.* (qui quidem rectè, & eruditè loquutus fuit in hoc articulo) Mincham etiam, & Doctorem Anguianum supra citatos à num. 7. cum sequentibus, Pater Henriquez *lib. 2. de Pontificis clau. cap. 16. §. 2.* & iterum in §. 3. Quorum quidem Doctorum specificam fecimus mentionem supra, & amplius latius comprobatur eorum assertio sic, vt præmissis, declarata, & intellecta ad finem huius §. versicul. Tandem igitur, à num. 70. cum sequentibus, vbi alij etiam doctores in hoc articulo specialiter, & signanter loquentes laudantur.

34 Et comprobantur, quoniam ¶ quando litteræ Principis continent duritiem, aut iniustitiam, ex qua inferri potest damnum irreparabile, & tutius esse vltcrius, & secundò replicare, atque ita tertiam iussione expectare, probant Grammaticus, *2010 32. num. 18.* Neuzanzius *in Sylua nuptiali, lib. 6. num. 50. ad finem,* vbi, quod non obstante secunda iussione adhuc Principi iniusta mandanti obediendum non sit, sequitur Prosper. Farinac. *in prax. criminal. lib. 3. de poenit. temperandis, quest. 97. casu 2. num. 51.* vbi ita declarat, & temperat generalem, & absolutam (duram tamen) opinionem aliquorum (quos retulerat, ipse, ibi, num. 50. antecedeni,

35 & Nos supra in prima conclusione, ¶ *vers. Et in super hac conclus. & num. 21.*) dicentium secundæ Principis iussione, etiam iniustæ, duræ, & asperæ obediendum esse.

36 Probat etiam, ¶ quoniam clausula, *Non obstantibus &c.* in respectu apposita habet vim secundæ iussione, prout ex allegatis à Farinacio vbi proximè, *num. 46. & duobus sequentibus;* sed quando scriptum Papæ ex cuius executione timeatur futurum scandalum habeat clausulam, *Non obstante scandalo.* Nihilominus super sedendum erit & rescribendum Pontifici, sicuti expressè probat Felin. *in cap. si quando, in verbo, super sederi, num. 2. & 3.* Iacobus de Grassis *in sua decisionibus casuum conscientia, part. 2. lib. 3. cap. 25. num. 8.* quos sequitur Farinac. vbi proximè, *dist. 9. 97. casu 2. num. 36. ad finem.* Ergo ex hac causa vltcrius secundæ iussione, licet & tutius erit replicandum, & in executione super sedendum, Et conducunt quæ in cap. sequentibus. latius erunt tractanda.

37 Et quod quando rescripta ¶ Principis sint iniusta, & rationi, rectæque Reipublicæ administrationi consentanea non sint; esse in executione earum super sedendum, aded vt neque secundæ, vel tertie, vel quartæ sit obtemperandum, quantumvis sit ipsam Princeps instruitus de inconuenientis, & etiam si nihilominus rescribat cum clausula (*Non obstante scandalo*) latissime & constantè post alios probat Doct. Anguianus (Præceptor primatæ Cathedralis in Vniuersitate Complutensi, & postmodum Senator in Cancellaria Vallisoletana) in

tractatu de legibus, lib. 1. controuers. §. à n. 65. 66. & num. 67. & sequentibus.

Ad hanc conclusionem reducenda, ¶ & applicanda erunt rescripta Apostolica continentia derogationem Iurispatronatus Regij, ceterarumque Regalarum Regis, ac litteræ derogationem patronatus laicorum, prout probant Henriquez, Covarruias, & Zeballos locis allegatis ad principium huius §. à num. 7. cum sequentibus & vltcrius in ea derogatione Iuris Regij patronatus, vt nullatenus admittantur litteræ Apostolicæ in contrarium, neque illis Rex villatenus parere teneatur, facit in terminis *Bulla Adriani Papa VI. sup. addacta, vers. Cui, & quidem consonat, num. 8.* Pro quo adest insuper doctrina Henriquez *lib. 2. de Pontificis clau. cap. 16. disto §. 2.* vbi late de tertia iussione expectanda, dicit etiam, quod Pontifex non vult ita durius ¶ agere contra Regem per tres iussiones, & tres sententias, cum non sit Pontificis intentionis derogare Iuribus Regalijs Regis ex priuilegijs Papæ vltentis, nec Regnorum, atque Tribunalium consuetudini. Aduertit insuper, quod quamuis vult Papa Regem vt suo consueturo iure, nihilominus non desinit in communi, & genericè monere. ¶ & terere ¶ vt gerere assollet Prædicator in genere) ne forte ministri per abusum excedant. Est enim in hoc casu cælestis, & prudentialis monitio, & Christiana providentia, & medicina: *Multoties namque vetandum est aliquid etiam ex licito; ne excessus perueniat seu attingat prohibitum.*

Igitur cum ex hac Regum iuris derogatione, vt plurimum ¶ semper timeantur scandala & seditiones; omnino vitandæ sunt, meritoque sub conclusione ista comprehenditur. Facit doctina Felini *in capitul. nihil sub. num. 4. vers. Vigesimo sexies, de præscriptionibus;* dicentis, quod non debet Episcopus mutare vetustam ¶ consuetudinem, quamuis inualidam, ex qua Princeps diu contulit beneficia à se fundata, quando ex hoc dubitatur de scandalo, sed debet rescribere Papæ, qui consuetudinem etradicet, vel confirmet, allegat Cardinal. *conf. 58. proposita questione in fin. sequitur Ioann. à Kochier in tractat. de iuris in exempt. tom. 2. in Scholijs ad Constit. Concilij Lateranens. 1. part. §. 3. num. 24. folio 32.*

Conducit vltcrius doctrina elegans Cardinal. Zabarella *in cap. si quando, num. 30. in fin. vers. Quæro circa hac;* ¶ vbi testatur, se alias consuluisset, differendam esse *Vrbani VI.* iussione directam Episcopo Florentino, vt certos publicaret processus contra Carolum Regem Hierusalem, & Siciliæ, eidemque Vibano rescribendum ob timorem publici scandali inde prouentum, quem referens sequitur Prosper. Farinac. *d. 9. 97. casu 2. sub num. 36.*

Sub hac etiam conclusione includuntur litteræ ¶ impetratæ ab aliquo principis horum Hispaniarum Regnorum, ex quarum executione probabiliter timeatur futurum scandalum vniuersale, quo turbaretur pax publica si indultis sue Sanctitatis, & consuetudini immemorialis, fuisset fortè in aliquo detractum, de quo, & alijs similibus videndum erit in cap. sequenti. Atque etiam ex identitate rationis, de qua in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilation. & in l. 21. eodem tit. & lib. 1. Idem dicendum erit in litteris impetratis in derogationem iuris filiorum patrimonialium;

nialium; atque etiam Canonicatum Doctoralis, Magistralis, leſaræ, & penitentiarie, iuxta quæ latius diximus hæc *1. par. capitul. 10. à n. 69. & in §. vnico à num. 90. cum multis sequentibus, & cap. 9. num. 3.* Nec in præiudicium iuris tertij, quod per dictas litteras tollatur, & auferatur, nam cum hoc fiat contra ius naturale, & per consequens diuinum, etiam tertio replicari debet, & supplicari, vt latius videre est infra, *capitul. 7. per totum, & signanter à num. 19.*

Sed licet hæc ita fe habeant de rigore Iuris, ¶ tuiusque honestate, tamen in hac de qua versatur retentione, ratio, aut nunquam nostris temporibus vidimus, nec audiuimus, summum Ecclesiæ Præsulem informatum semel de inconuenientis, & damnis Reipublicæ, secundam, vel tertiam iussione concedere, qui pro sua piissima misericordia, paternali affectu, & Apostolica charitate erga Reipublicas suorum Christianorum subditorum, nequit ita durius agere, quas potius ad quietem, tranquillitatem indies inuitat, & sollicitus est, & vt pastor euigilans toto desiderio conatur scandalæ remouere, & subditos medicis consolari; nequit enim quemquam in debito grauati, & violentiam pati, nec scandalum aliquod, prout testatur ipse Pontifex in cap. 1. de officio legati, lib. 6. in hæc verba: *Officij nostri debitum remedijs inuigilat subditorum, quia dum eorum executimus onera, dum scandala renouemus. Nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace: & in cap. ad Apostolica 2. de re iudicat. lib. 6. ibi: Necnon cum omnibus hominibus optabamus parari sibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam uniuerso, textus etiam in Clement. Pastoralis, de sententia, & re iudicata: Pastoralis Cura (inquit Clement. V.) sollicitudinis nobis diuinitus super cunctis Christiani populi nationes inuinita, Nos inuigilare remedijs subditorum, eorumdem periculis obuiare, & scandala renouere compellit, & Bonifac. VIII. in proæmio 6. decretalium in principio, in hæc: Sacrosanctæ & Romane Ecclesiæ (quam imperferatibiles diuine providentiæ altitudo, vniuersis incommutabilis dispositione preulit Ecclesijs, & totius Orbis principum obtrine voluit Magistratum) regimini presidentes, curis sollicitamur continuis, & assidua meditatione vrgemur; vt iuxta credite nobis dispensationis officium, subditorum conuocatis (in quorum prosperitate vique prosperamur) inuig, quantum nobis ex alio concessum fuerit, sollicitudinis studio intendamus. Anplectimur quippe voluntarios pro ipsorum quiete labores, & noctes quandoque transimus in somnes, vt scandala renouemus ab ipsis. Quod & ipsum proficitur Gregor. IX. in proæmio decretalium, cap. studendum 90. distinction. cap. ipsa pietas 23. q. 4. cap. 1. de iregna, & pace, & alibi passim. Singulariter etiam comprobatur in cap. cum ad verum 96. distinction. in illis verbis: Pastoralis cura sollicitudinis nobis diuinitus super cunctis Christiani populi Nationes inuinita, nos inuigilare remedijs subditorum, eorumdem periculis obuiare, & scandala renouere compellit. Extrauagan. 2. Ioann. 21. de electione, cap. 2. & de maioritate, & obedientia. cap. vnico, ibi: Ecclesiæ Romane eorundemque fidelium dispendia dissimulare, non possumus, quin postquam nobis cognita fuerint, aduersus ea opportunos remedijs occurramus, de maioritate, & obedientia, inter extrauagan. Ioannes*

XVII. prout in his quibus versatur terminis aduertit Pater Henriquez *lib. 2. de Pontificis clau. cap. 16. §. 2.*

Semel enim informatus ¶ Summus Pontifex 46 de damno Reipublicæ, de scandalo futuro (vbi merito timeatur potest ex suarum litterarum executione detrahentium indultis, & priuilegijs Apostolicis, laudabilibus horum Regnorum immemorabilibus consuetudinibus ab Ecclesiâ semper tolleratis, & approbatis à iure) non dubitabit, remedium adhibere salubre, vt constat ex ratione textus in cap. non minus, de immunitate Ecclesiarum, in illis verbis: *Romanus Pontifex prius consulatur, cuius interest communibus vilitatibus prouidere.* Aliud enim, nec debemus vereri, nec suspicari de immensa illa pietate, & paterno amore, ad quem nos ¶ omnes inuitat, ac pollicetur ipsa Sedes Apostolica, in extrauagan. vnica, de sentent. excommunicat. in hæc: *Cum ad sacrosanctæ Romane Ecclesiæ sinum uelut ad matris vbera referat dulcedine, ac ad Romani Pontificis Christi Vicarij, successorisque Petri clementiam, tanquam ad Patris plenam providentiæ pietatem, Orbis terrarum, qui habitant in eo gratiarum spe assidue consulant vniuersi, indignum credimus nostris fore temporibus, vt quibus Nos, & Ecclesiâ ipsa exulteramus in gratiis, desiciamus in donis, ne miramur inde præstetur occasio, eandè gratitudinem necessitas aderat collaudandi: ne vè Scriptura reddat onustum, quod liberalitas fecerat gratissimum, &c.* Textus etiam in cap. Nos si 41. in ordine 2. quasi 7. in hæc: *Nos si ¶ in competere aliquid egimus, & subditis iusta legi tramitem non conseruauimus, vestro, ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio, &c.* Provisic rescriptis Pontifex Imperatori, vt patet in textu, ibi: *Quemadmodum, si vestra presens fuisset Imperialis gloria, &c. cap. ad Apostolica. 2. de re iudicata, lib. 6. ibi: Preterea, quod si Ecclesiâ cum in aliquo contra debitum læserat (quod non credebatur) parata erat corrigere, ac instaurum debitum reformare; textus in cap. statutum, quod circa Indices à Sede Apostolica deputandos nuper edidimus: cum quedam contenta in eo, que pro communi vilitate credebamus indultis (sicut experientia docuit) tendere dignoscantur ad noxam: sanctione presentis (quam irrefragabiliter obseruari mandamus) suadente vilitate in melius duximus reformandum 11. in ordine, de rescriptis, lib. 6. faciunt cap. sententiam, capitul. Apostolica Sedis, cap. graue; cap. Gregorius, cap. sicut ergo 35. quest. 9. cap. Ioannes Chrysostronus 50. distinet.*

Quod etiam in his terminis ¶ allecurat Sa- 49 piens ille Alphonsus Rex in l. 30. tit. 18. part. 3. ibi: *Tales cartas no han fuerca ninguna, nin se deben cumplir, fasta que lo fagan saber al Rey, aquellos à quien fueron embiadas; que les embie ha dezir la razon porque lo manda hazer, ca todo home debe sospicar, que después que el Rey entendiere el fecho, que no les mandara cumplir la carta, &c.*

Dignum quidem pignus, & allecuratio tantæ, ac Catholici Principis. Facit etiam quod Imperator dixit in Authentica de nuptijs, collat. 4. ibi: *Non esim ¶ erubescimus, si quid in melius 50 etiam eorum, que prius diximus adinuenimus hoc sentire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab alijs expectare corrigi, &c.*

&c. & Prouerb. cap. 14. Sapiens timet, & declinat, & Prouerb. cap. 1. Audiens sapiens sapiens erit. Et facit Auhem. de nuptiis. col. 8. ibi: Existimamus autem oportere hunc Consilii perfectioribus causam considerantes, etiam quendam corrigere non aliorum solummodo, sed etiam, quae a nobis ipsis sancita sunt, non enim erubescimus, si quid melius etiam horum, quae ipsi prius diximus, adinueniamus, sancire, & competentem prioribus imponere correctionem, nec ab aliis expectari corrigi, &c.

51 Et facit illud Esther. 8. cap. 9. ibi: Nec parare debetis, si diuersa iubeamus ex animi nostri lenitate procedere, sed ex necessitate temporum, ut Reipublica possit uilitas ferre sententiam, &c. Magna sapientia est reuocare hominem, quae male loquutus est, text. in cap. magna sapientia 22. quae 4. pro ut etiam mirabiliter argumentatur Pontifex in cap. incommutabilis. ibi: Incommutabilis, eademque semper existens Dei natura patens sua sepe in Sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. 22. quae 4. & idem docemur in cap. non semper, ibi: Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat, eadem causa & quaestio.

Hoc ipsum nimis confidenter, & intrepidè sibi promittunt Reges nostri Catholici de Sede Apostolica. Summoque Pontifice, ut omnia, quae in damnum Reipublicae, & vassallorum fuerint ab ea emanata, aut per nimiam importunitatem perperam extorta, libenter reuocabit in melius ad supplicationem Regum, ut in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilation. manifestè legimus, ibi: Supplicatione, quae intendimus habere a su Sanctidate, quae per respectu de las cartas nestras de naturalera, ni de alguna dallas, &c. No de ni pro uea de gracia expectatiua, dignidad, ni Canongia, &c. T si alguna cosas fo este color ha dado, las reuogae su Sanctidad, &c. sequitur & facit: T es de creer, que nuestro muy Sancto Padre condescendera à la supplicacion que sobre esto le fizieremos, auiedo acatamiento a la justicia, y buena razon sobre que se funda, y a la obediencia que su Sanctidad, sus predecesores siempre hallaron en nos, y en nneistros progenitores.

53 Quod & securius redditur ex f granitate, & autoritate tanti Regij Senatus vigilantissimi in Reipublica salute, qui Christianissimo zelo, humilique reuerentia, & timorata conscientia rem hanc tractat, atque adimplet, & obedire instat Summi Ecclesiae Praefulus Decreta, & ecumenica Concilia, cuius quidem Apostolicas litteras non aliter detineri, & suspendi desiderat, nisi demum, ubi iusta, & legitima causa subit, quae uergat in detrimentum publicae uilitatis, quam quidem attentè considerat Senatus ipse, & non ita facillè, sed post longam examinationem partium defensionibus hinc inde propofitis, praehabitis, & auditis, perscrutando decernit, quae posthabita Senatus informationi, humilique supplicationi, & deprecationi (quae sane actus est reuerentiae, & uerè humilitatis, quo indubiè imbitur suprema Maieftas, potestatisque, & Regalia Sanctae Sedis Apostolicae, ut falsus scriptimus supra hac 1. part. c. 1. in principio) merito Summum Pontificem & multum deferre, nemo dubitet, cū tanti Senatus Regij, ex eminentioribus Orbis uiris ornatu electis Pontifex Maximus integrè noticià habeat.

54 Et facit illud Esther. 8. cap. 9. ibi: Nec parare debetis, si diuersa iubeamus ex animi nostri lenitate procedere, sed ex necessitate temporum, ut Reipublica possit uilitas ferre sententiam, &c. Magna sapientia est reuocare hominem, quae male loquutus est, text. in cap. magna sapientia 22. quae 4. pro ut etiam mirabiliter argumentatur Pontifex in cap. incommutabilis. ibi: Incommutabilis, eademque semper existens Dei natura patens sua sepe in Sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. 22. quae 4. & idem docemur in cap. non semper, ibi: Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut Scriptura indicat, eadem causa & quaestio.

Propterea, illius iusta deprecationi, & informationi acquiescere nemo ambigit iuxta text. optimum in cap. ueniam 5. in ordine 35. quae 9. ubi ita id ipsum profutur Summus Pontifex in hac: Quia res ad salutem redire ueniam Nos hanc in tantum uobis admittentibus post condemnationem more Apostolicae subrogamus, tantisque uestris assertionibus, uobisque iam bonis, tam charis, non dare consensam omnibus rebus duris durius arbitramur, pro uestra ergo approbatione (fratres charissimi) & sententia, ac postulatione Episcoporum Pbotinum habetote (licitum est enim in eis constituere, ut deprecamini) & uestram in melius conuersam sententiam labore, uel testimonio uestro competet uobis suscipere, &c.

Qui quidem textus litteris aureis erit ad propositum deferendus. Facit etiam ad idem textus celebris in cap. Alma mater. 24. de sententia excommunicationis, libro 6. in hac: Alma Mater Ecclesia, & plerumque nonnulla rationabiliter ordinat, & consulit: qua suadente subiectorum uilitate, postmodum consultus, ac rationabiliter reuocat, in melius conueniat, &c. Textus etiam in cap. non debet 8. ibi: Non debet reprehensibile iudicari, si secundum uarietatem temporum & statuta quandoque uarietur humana, praesertim, cum uergens necessitas, uel euident uilitas id exposcit: de consanguinitate, & affinitate bona iura, in cap. 1. 2. & 3. 29. distict. text. etiam in cap. 2. ad Apostolica de sententia & re iudicata, libro 6. cuius uerba adduximus supra num. 48. Saepè numero ea quae facta optima uidentur, nisi oportune suauiter, ingentes afferunt iacturas, inquit Polybius lib. 3. pagin. 199. & illud Ouidij lib. 3. de Ponto:

Curando fieri quaedam maiora uidemus.

Vulnera, quae melius non terigisse fuit.

Quae ad relationem fidelissimam tanti Senatus grauissimi f. indies euigilantis super uilitate Reipublicae, Summus Pontifex damna delict, certus illum aliter non moueri, quia publica salus subditorum poscat. Facit textus in l. Diui fratres 17. de iure patronatus, ibi: Sed cum & ipso Meriano, & aliis amicis nostris uisitaueritis adhibitis plenius tractauimus, magis uisum est, &c. l. nonnumquam 8. de collation. bonorum, textus in l. si autem 3. ibi: Si cum peritioribus tractatum habuisset facillè cognoscere, C. de ingenis, & manumissis l. 2. §. fin. ibi: Scilicet, consulendo prudentiores, ut diligentem pauemfamilias consulere dignum sit, ff. quis ordo in honor. possess. seruetur.

Mitabilis textus in l. unica, §. 1. ff. de officio Praefecti Praetor. ibi: Crediti f. enim Princeps eos, 59 qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter esse iudicatos pro sapientia, ac luce dignitatis suae quam ipse foret iudicaturus, &c. Quibus quadat quod Imperator dixit in l. honnum, C. de legibus, ibi: Bene enim cognoscimus, quod cum uestro Consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri Imperij, & ad nostram gloriam redundare.

De quo Senatu dixit Alphonfus Sapiens Res in l. 7. tit. 1. p. 4. E à tal Consejeras f. como este 60 llaman en Latin Patrio, que es asst como padre del Principe, consonat l. quisquis, ibi: Qui à nobis loco Patrum uenerantur, C. ad l. Maest. & f. maet D. Tho. de regimine Principis: Sed Patrius ideo dicitur, quia sicut pater filijs, sic illi Ciuus Romana Reipublica curam gerunt, & Casti d. lib. 6.

lib. 6. epist. 2. Patrius culmen ascende, quod quidam iuridicorum à Patribus esse dictum uoluerunt, imò Senatus hic pars corporis f. Regis est, dicit l. quisquis, ibi: Nam & ipsi pars corporis nostri sunt, in quo nos ipsos numeramus, &c.

Et quia cum, ut dixit Rex Alphonfus in l. 2. tit. 21. part. 3. Son sabidores f. de los aconsejar por arte, & por uso. Atque itidem Senatorum Scientia est officium ciuili intelligentiae, secundum Platonem, Dialogo Euthydemus, & Aristot. 4. Politicor. cap. 4. ibi: Est munus Ciuili intelligentiae, nihil Senatus proprius, f. quam omni cura, & uigilantia curate de bono publico, ut dicit Cassiodorus lib. 2. epistola 31. ibi: Quid enim tam Senatorium, quam si uilitatibus publicis intendat affectum, & ideo dicit Consulatus in l. 2. ff. de iust. & iure. Iustitiam namque colimus, & boni, & aequi notitiam proficimur, licitum ab illicito discernere, &c.

Et ut dixit Iustinianus Imperator in l. 2. C. de ueteri iure enuicando. ibi: Gloriosissimis f. electis uiris, tam doctrina legum, quam experientia rerum polentibus, quibus profectò uenabilibus Senatoribus quadat omnino illud Danicelis cap. 1. In quibus nulla est macula, decores forma, & eruditio omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in Palatio. Regis, &c. Multa alia tangentia auctoritatem Senatus, ad quem legitime recurritur pro inconuenientis ortis ex litterarum Apostolicarum executione, cum ipse certus cognoscat mores Regni, priuilegia, & consuetudines laudabiles, longa manu scriptimus infra cap. 5. uers. Quare ad hanc causam, & num. 63. cum segg.

Quapropter haec ratione attenda Summus ipse Pontifex rato, aut numquam (quod ipse audierim, nec uiderim, ut supra dictum fuit) secundam, aut tertiam iussionem concedit in his casibus, certus fortè de Christiana tanti Senatus intentione & zelo, ac de iusta & legitima causa retentionis litterarum, postquam ab ipso Senatu diligenter indagata est negotij ueritas, & certitudo ad effectum informandi Summum Pontificem, cui, ut diximus, informationi multum ipse defert, iuxta illud Machabæorum 1. cap. 1. ibi: audiuit autem Iudas, & populus sermones istos, conuenit Ecclesia magna cogitare, quid faceret fratribus suis, qui in tribulatione erant.

55 Et iure probatur, quia Principi f. (quem Senatus representat ex suprascriptis, & in specie probant Auendanius in Dictionario, uerbo, Chancellor, post Casanum, Afflictum, & alios, & est textus in l. quominus, ff. de summis, ubi Basson, & Ripa, Glossa in l. cum ambigitur, ubi Bart. ff. Afflict. decif. 120. in fine, Decius, Aymon, & alij relati à Rolando à Valle consil. 68. num. 17. uolumin. 3. Doctot Perez de Lara (quondam Pinciana Cancellariae Senator grauissimus, non Tolentana Ecclesiae Canonice Doctoralis doctissimus) in tractatu de Anuerfar. & Capellanis, lib. 1. caput. 10. num. 39. & 40. Hieronymus de Zeballos communitum contra communem, lib. 3. quaest. 282. à num. 107. D. Ioann. del Castillo (cum laudans in tractatu de ueris, cap. 12. num. 33. & per textus in l. 1. §. de aqua autem, ff. de posulan. Bart. in l. Aemilius ad fin. ff. de minorib. Crauetta consil. 144. num. 20. & consil. 198. num. 7. Roland. à Valle consil. 169. num. 26. uolumin. 3.) asseruit de timore scandali, aut de in-

conuenientis aliis standum est, & credendum, post multos Doctores quos laudat, probat Maieftas de probationibus, tomo 2. conclus. 1233. à n. 20. & sequentibus, & latius Nos infra, e. sequentibus, à n. 57. & uide superius ibidem de hoc puncto.

Ulcus etiam, causa ob quam f. ad hac Regna non peruenit secunda Pontificis iustio, fortè potest etiam esse ea, quam superius latius examinauimus, capitulo 2. uers. Cui adde, quod Senatus Regius, &c. à num. 83. cum sequentibus. Nempè partes (quibus Senatus praecipit supplicari à dictis litteris Apostolicis ad Pontificem melius informandum de causa retentionis earum) uel timentes magnas expensas in prosecutione supplicationis, necon longa itinera tot plena maris, & terrae periculis, uel impetrantes agnoscentes summum ipsum Pontificem legitimum habiturum causam retentionis à Senatu, iam accuratè examinatam, cuiusque informationi meritò fore delaturum: uiam illam deserunt, & litteras impetratas negligunt, & de bono exitu merito diffident à tam asperis, & rigida praetentione consilidè desistant, & ideo secundam iussionem uictrius non procurant.

Huc pertinet, quod Pater Henriquez lib. 1. de Pontificis clauis. 16. §. 9. in his terminis affirmat, qui f. postquam dixerat quando tertia iussio sit expectanda, à Sede Apostolica mittenda, inquit, in hac: At si quis contentiosa quadam contumacia offerret à Papa tertiam beneficij Bullam cum derogatione expressa patronatus laicorum, aut Regij, conseruetur hic aperire hostium in damnum commune Regni, & interdum priuatur per Senatum Regium naturalitate Regni, scilicetque extraneus manet incapax beneficiorum Hispaniae, atque ita oportet, ut hic rursus inchoata licet seruet capax ex dispensatione, & obtineret à Papa ius sua causa per alias res sententias conformes, quod uix uilissimè uentare contra Regium Senatum propter summam negotij difficultatem, & nimias expensas, &c. Haecenus Pater Henriquez.

Quod & eo potest comprobati, quia iste talis ex sua proteruita f. praebet causam feditiosis, & pacem publicam turbat, ac inde maioribus uentendis malis occasione non remotam suggerit, quem ut feditiosum, & pacis publicae turbatorem, posse etiam Clericum à suo Regem expellere, quia ratione originis seu habitacionis subditus est Regi tamquam capri politico, ac ideo turbantem pacem publicam coërtione economica à Regno expelli cum honore posse, iuxta receptissimam quamplurimorum Doctorem sententiam, ut post Grassi. Gregorium Lopez, Azeued. Bobadilla, Couarruias, Gutierrez, Seles, Mexiam, Auendanius, Cened, & innumerales alios Doctores probabimus Nos in tractatu de Regia protectione, 1. part. part. caput. 2. à n. 273. cum multis sequentibus, quibus adde Giurbam in consil. 49. à n. 16. & à principio, uide infra caput. 5. n. 56. ubi redduntur exemplaria Regnotum Hispaniae, & Franciae, & quibus Nuntius, & Cardinalis expulsi fuere, turbantes statum Reipublicae tranquillam.

Quam plurimos etiam Doctores nouissimè post hac scripta referat ad idem Dom. Ioann. del Castillo in tractatu de ueris, cap. 41. à n. 86. cum multis sequentibus, & à n. 190. inachit in Antonin. Diane resolutionem, dum ipse tractatu de immunitate Ecclesiastica, resolu. 17. contrarium scribit, qui quidem Author modernus, iterum nouitè

nouiter hoc idem firmavit in 4. p. resolut. moral. tract. 1. de immunitate Ecclesiastica, resol. 81. qui tantum sequatur Megalij opinionem, an sus est à communi tot patribus, & fundamentis comprobata recedere, motus quidem puerilibus, ne dicam, ridiculis fundamentis. Primum quia de iure diuini Fundici possunt liberè in quacumque mundi parte habitare, & exercere officia Ecclesiastica, iuxta Marcum capitul. 16. Euntes in mundum vniuersum predicare Euangelium omni creatura, &c. Sed quid ad rem? Prædicare Euangelium iussi sunt, non tamen scandalizare populum, quod est contra ipsum Euangelium, & ius diuinum, pro ut latissime probabimus infra capitul. 7. à principio. Fundatur etiam Dianameti ple in Concil. Tridentin. sess. 23. capitul. 16. de reformatione, quo disponitur, Clericos per litteras commendatitias suorum Ordinariorum liberè vndique posse incedere, & facta ministeria exercere, quod fatemur, non autem pacem publicam turbare, & scandalizare, cum nullus, siue Rex, siue Papa à Deo licentiam accipere peccandi, ut alibi latius diximus, capitul. 7. à n. 8. & sequentibus. Igitur ne pax publica turbetur, & seditioni aliquis occasioem præbere audeat, prouidè Senatus remedio prædicto vitare, de quo n. 67. & sequentibus.

69 Sapius enim publicus rerum status ꝑ ex priuato turbatur, priuataque iniustitia saltem causatiuè publicam perducit perniciem, Zeballos communem opinionem, quast. 906. num. 391. part. 4. Gumba in consil. 1. num. 15. cui damno obuim ire à principio necesse est, ablata causa & occasione immediata.

70 Tandem igitur pro Coronide huius discursus illud adnotandum erit; quòd quoties agnoscatur in Senatu, litteras Apostolicas graue damnum, aut scandalum Reipublicæ allaturas, aut aliter, Summum Ecclesiæ caput minus plene esse informatam de incontinentis, periculo, & damno populi, semel, ac iterum sibi potest replicari, vt in integrè instruat, iuxta illud propheta, Psalmo 121. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. In quo Senatus multum deseruit ei, qui libenter desiderat damna tollere, & negotium in melius commutare, vt superius abundè fuit ostensum, à num. 46. cum sequentibus; iustam enim & legitimam replicationem, supplicationemque Papæ placere, quis dubitat? iuxta sententiam Regis Theodotici: Nam pro equitate seruanda, & nobis patitur contradici, vt refert Cassiodorus lib. 3. Formul. 5. & Iustus Lipsius in proæmio Politicorum, inquit: Ut illud in principatu beatissimum est, non cogi; ita miserimum, non sine suaderi, comprobatur Seneca de beneficiis, lib. 6. cap. 10. quòd & Martialis peracutè confiderauit, lib. 8. Epigrammate. 24. ad Cæsarum Domitianum:

Si quid forte petam timido gracilique libello
Improba non fuerit si mea carta, dato.
Et si non dederis Casur, permittite rogari:
Offendunt nunquam turba, precæque locum.
Qui fingit auro sacros, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

71 Et consonat quòd Iocrates ꝑ dixit Regi: Hos fidos exissima, non qui quidquid dixeris, fecerit, seu laudant, sed qui errantem increpant, permittite prudentibus liberam loquendi facultatem, vt si quid extiterit, de quo ambigis; habes cum quibus rem expendere possis, & ne timeant ꝑ ob id suam gratiam, fauorem, & beneuolentiam amittere, vt refert Cat-

menat. in Rapfod. cap. 18 pag. 188. & Diuus Gregorius 2. part. Pastoral. cap. 4. relatus in cap. sicut Rector. 43. distinct. Sæpe Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè reuera pertimescunt; maxima idè habenda est fidelitas illorum subditorum, & vassallorum, qui prouidentes iussa sui Principis partitura esse executioni mandata contrarios effectus suæ intentionis, curant illos dinettere, & damna vitare, vt scribit Attalaricus Tullo Partitio, apud Cassiodorum lib. 8. variat. c. 9. Rarum confidentia genus est, interdum resistere contra vota Principis.

Quod & in nostris retinuis comprobatur Simancas de Catholicis institut. cap. de Papa num. 32. aliis 35. ibi: Est quippe laude dignum resistere huusmodi abusus, congruis venædictis, non obediendo in malis, non adulando, ꝑ non tacendo, sed arguendo etiam exemplo Pauli, cap. vltimo ad Colossens. & quod semel, & iterum in his causis retentionis litterarum Apostolicarum, de quarum executione damnum Reipublicæ timetur, sit licitum semel, & iterum, ꝑ sæpeque Papæ referbere, & supplicare, fundat Pereira de manu Regia, cap. 65. num. 3. vbi tacito Authore transcribit Zeballos loco superius laudato, à num. 12. & sequentibus. Idem etiam ex aliis probat Mastrillus de Magistratibus, lib. 5. cap. 6. à num. 220. & sequentibus.

Conducit rectè illud Diui Pauli ad Ephesc. 5. Omnia autem, ꝑ quæ arguuntur à lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est, &c. Magis autem redarguite, veritas quippe læpius examinata magis illucescit, cap. graue 36. quast. 9. cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, Roland. consil. 6. num. 2. volumin. 1. & consil. 66. num. 1. volum. 2. & consil. 12. num. 1. volumin. 4. Craueta consil. 135. num. 18. Flamin. Patiens. de resignat. lib. 11. quast. 21. num. 3. Hieronym. Grach. consil. Syndicatus, num. 265. cum sequentibus, Bobadilla in Politic. lib. 1. cap. 10. num. 1. Quia per dispositionem magis certitudo inuenitur, l. munerum, §. fin. ff. de munerib. honoribus, textus in cap. graue 35. quast. 9. ibi: Quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce, & perniciis reuocata in iudicium grauius, & sine penitentia condemnatur.

Apostolica quippe Sedes, quæ seruenti zelo, & charitate paterna ꝑ cupit omnia corrigere, & in melius commutare semel à se disposita, quæ noxia esse deteguntur, à nemine alio potest ita plenius, & syncerè instrui de damno publico, quàm à Senatu indies vigilante pro Reipublicæ salute, & utilitate, quique dexteritate, & experimento cognoscit mores Regni, ignotos Papæ, vt sæpius diximus supra. Conducit illud Senec. Tragica 7. Si iudicis cognosce, si regnas iube, conducibile enim est hominum mores nosci, quod, & alia plura similia scripsimus superius, maxime cap. 2. à num. 124. cum multis seqq.

Non aliter enim quàm à Senatus ꝑ informatione potest his in causis Pontifex desiderium suum implere, l. hac consiliosissima, C. qui restant, facere poss. ibi: Sed nec locum quidem relinquat insidiis tot oculis expectata, tot insinuat sensibus, tot insuper in tuo locata manibus, &c. l. si autem C. de ingenuis, & manusiss. ibi: Si cum prudentioribus tractatum habuisses, facile dignosceres, l. in honor. ibi: Aut consulendo prudentiores, l. 2.

l. 2. ff. quis ordo in honorum possess. seru. l. vtiq. §. culpa, de rei vindic. l. 11. tit. 22. part. 3. singularis textus ad propositum in cap. de quibus 20. distinct. ibi: Seniores prouincia congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur, quòd à senioribus quæritur, ꝑ cap. porro 4. distinct. Job. 12. in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Proverb. 11. 14. ibi salus, vbi multa consilia, & Esther. 11. 13. Alucrus nimis laudatur, quia interrogant sapientes, qui ex more Regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, Proverb. 20. 18. & 24. 6. Cogitationes consilii roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella, quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia, cap. prudent. in fin. de officio delegat. ibi: Integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, cap. Ecclesia, de electione.

Hac virtute appetendi consilium, & sequendi vii solebat Marcus Antonius magnus Imperator, & Philolophus, vt de eo scribit Iulius Capitol. Semper ꝑ sanè cum optimis non solum bellicis rei, sed etiam ciuiles prorsusquam faceret, aliquid consuli, denique sententia illius precipua semper hec fuit; equius est, vt ego tot, & talium amicorum consilium sequar, quam vt tot tales amici meam vnius voluntatem sequantur.

CAPVT IV.

Scandali causa imminens, seu etiam minati an legitima sit, vt litterarum Apostolicarum retentio licita, & permissa dicatur.

SVMMARIVM.

- Scandala abscondi Christus in Euangelio iubet, num. 1.
- Causas, ad supersedendum in executione litterarum Apostolicarum, quas iniustas esse, iura prudentis arbitri reliquerunt, num. 2.
- Scandali cause, vt eminentioris specialiter meministi ad litterarum suspensionem, num. 3.
- Cum scandalo nihil agendam, num. 4.
- Angelos suas mittere Deo, vt omnia tollant scandala à Regno num. 5.
- Pro scandali suspensione auferenda satagendum est, num. 6.
- Pro scandalo vitando Dei protectionem inuocatur Prophetarum, num. 7.
- Scandalum vbi imminet in executione litterarum Apostolicarum supersedendum est, num. 8.
- Retentio Bullarum ob scandalum iustificatur, num. 9.
- Cum scandalo etiam Pape non obediendum, vbi relictudo rationis dicitur potius expedire, non obtemperari, quàm, quòd scandalum nascatur, num. 10.
- Scandalum nouum quando oritur ex mandato Principis, obseruantia omittenda erit, num. 11.
- Scandalum, vel absurdum, aliudè inconueniens si oritur ex mandato Principis, officialis executione non obtemperans, num. 12.
- Scandalum si imminet, vel malum aliquod

contra bonum publicum littere Apostolica non exequenda ob maius vitandum damnum, num. 13.

Executio rescripti non facienda, vbi timetur de vniuersali futuro scandalo, num. 14.

Adducitur exemplare de processu fulminato contra Carolum Regem Sicilia, ob scandalum suspensio, ibidem.

Censura in litteris fulminata contra non obtemperantes non ligant, non obtemperantem ratione scandali vitandi; num. 15.

Propter scandalum suspendi potest mandati executio quantumuis partialis, num. 16.

Scandali periculum vbi vertitur, Principi non obtemperantur, num. 17. Nec Pape, ibid.

Nouitas à lege introducta scandalis, & seditionibus occasio præbet, ibid.

Censura litterarum suspenditur, suspensa earum executione ob scandalum, num. 18. Vbi adducitur exemplare quoddam, ibid.

Papa etiam rescribenti cum clausula (non obstante scandalo) non obtemperatur si imminet, num. 19.

Scandalum est contra finem præcepti diuini, n. 20.

Scandalum subditorum præuenire debent Prælati, num. 21.

Superior caret potestate precipiendi aliquid exequi cum scandalo, quia conuenit cum præcepto diuino, num. 22.

Potestas data à Deo Principi non fuit in destructionem, sed in edificationem, num. 23.

Potestas Principis iustitia coarctatur, & ultra non potest, quàm honeste potest, non quando lædit pietatem, aut bonos mores, num. 24.

Triginta, & tres casus, quibus ob scandalum receditur à iuris dispositione refert Felinus, n. 25.

Scandalum maximum oritur in Regno, si alienigenæ admitterentur ad beneficia, aut ob derogationem Regi patronatus, num. 26.

Scandala, & seditiones magna fuerunt in Hispania orite, anno 64. ob admissionem alienigenarum ad beneficia, num. 27.

Ob scandala, & turbationes oras in Hispania, concessit Paulus III. quòd nullus alienigena potiretur pensionibus & beneficiis in ea, n. 28.

Ex Reipublice turbatione scandalum nascitur, num. 29.

Ob scandalum imminens compellitur quis cedere, beneficio obtento, num. 30.

Ob scandalum debet quis renuntiare electioni de se factæ, num. 31.

Ob scandalum potest Episcopus compelli renuntiare Episcopatu, num. 32.

Ob scandalum quis priuatur, num. 33.

Ob scandalum transferitur quis de vna Ecclesia ad alteram, num. 34.

Scandali tanta est vis, vt eius ratione multa fieri permittantur, quæ alias non permitterentur, n. 35.

Ob scandalum vitandum legitime retinentur in Senatu litteræ in derogationem Regi patronatus, laicorum, & iuris strangerij, num. 36.

Ob scandalum vitandum litteræ in derogationem Concilij Tridentini retinentur in Senatu, n. 37.

Ob scandalum vitandum licita est lex Regni disponens, ne alienigenæ in Regno obtineant beneficia, num. 38.

Propter scandalum vitandum, & quietem Reipublica potest etiam Clericis à Regno, aut Ciuitate expelli per aconicam Regis potestatem, num. 39.